

Annotatio 1. Panem quarta hora exire, hunc pisces sequi, demum 5. 6. 7ma hora carnes expelli WALAEVS. Semel sedecim horis caro morabatur in ventriculo. Ad septuagesimam, octauam horam, utique in urbanis nec fortibus dura, carnosa, aude deglutita retineri per signa adnotauit.

Annotatio 2. In homine, cui intestinum per latus vleere apertum, cereuilia hora altera, horae fructus & legumina post duas, caro & panis ad nonam horam, butyrum tardissime, etiam tertio die exiit. *Ephemerid. N. C. Vol. 10.*

Annotatio 3. Post expulsum cibum sequitur quies ventriculi — adtraetio lenta — vis neruea augetur — tandem oritur irritatio interna, expergiscitur appetitus, nascitur fames.

Annotatio 4. Quae celeris & tardae evacuationis causae? Cur pinguiam tamdiu morantur? cur in nonnullis tardissime? Exempla celeris evacuationis. Quid cacostomachus? Quodnam huic malo remedium? An stomachica? Signa ex tardiori evacuatione pro medico.

C A P V T III. ACTIO PANCREATIS.

§. I.

Pancreas; eius situs.

Glandula est praelonga, conglomerata, sanguinalis.

Ponitur

Ponitur retro ventriculum & lienem sub hepate. Incipit ab ipso liene, dextrorsum fere transuersum & antrorsum producitur, rotundo demum capite duodeno toti innascitur.

§. 2.

Fabrica

Huic glandulae eadem est, quae salivalibus. Componitur nempe ex lobulis & acinis rotundis multa tela cellulosa connexis.

Vasa multa habet, nervos exiguos. Oriuntur isti a plexu posteriori ventriculi & hepatis. Parum sentit, aut obscure.

§. 3.

Secretio.

In minimis huius glandulae acinis segregatur de sanguine humor aquosus, sapore subfalso, etiam insipidus, salivae similis.

Annotatio. Copia succi definiri nequit; non exiguum esse colligas ex magnitudine glandulae, ductus excretorii, & officii ratione. Experimenta vi facta nihil docent. *

§. 4.

Ductus glandulosus.

Separatum in acinis succum euehit ductus magnus membranaceus, diametro calami maioris minorisue, qui nascitur ex minimis radiculis, quas acini emittunt.

E 2

Per

* GRAAFII, SCHVYLII experimenta.

Per glandulam totam medius decurrit; emergens descendit ad intestinum duodenum, eadem sede, qua choledochus, in sinum intestini producitur, & recepto choledecho in cauum intestini aperitur.

Annoatio. Eius fluentum augent forte incumbentia viscera? hepar, ventriculus lien. An plus eius expellitur tempore digestionis?

§. 5.

Vtilitas pancreatis.

Duplex succi huius vtilitas esse videtur.

Canalis pancreaticus, eodem loco, quo choledochus in intestinum aperitur: succus ipse faliualis est. Ergo diluere bilem tamque vi noua saponacea acuere; deinde soluere, quod adhuc in massa cibaria crudum est, huius succi munus esse videtur.

C A P V T IV. A C T I O L I E N I S.

§. I.

Lien, eius nexus.

Est viscus molle, cruentum, liuens, oblongum, quod in laterali & posteriori parte sinistri hypochondrii locatur.

Connectitur ventriculo per omentum minus, septo transuerso per ligamentum; sustentatur a proximo colo; conuexa parte costis responderet.

§. 2.